


Lud. de Vieu ad Const. Hugonem patrem.



Ex codice Parisino Nouv. Acq. Lat. 1554
p. 58

Nobilis Jure Vir.

Quas ad me dare dignatus es literas, cum luculento munere literario accepi. nec passa est, quid de novo isthoc argumento docta manus traheret, sciendi cur pietas ut non proximo operis tui lectione animum explerem. De organorum in templis usu acturus prudenter inter ecclesiasticum et profanum discernis. Hunc, etsi in sacro loco, quin et sacrorum tempore usurpatum merito damnas, quia finis non est sacer, a quo solo res adia phorae sacranter. Istum qui cultui ornando, juvando, promovendo facit, multis magnisque argumentis commendat ac firmas, iisdem ferme quibus nos paucis abhinc annis, postulante id nostro magistratu organorum usum in tantum sacrum admisimus, nec est cur hactenus facti praeventat. Injicis alia quaedam, tum liturgiam spectantia tum conciones, publicas, quae quae sequuntur preces abhinentia, quae non injuria redarguis. In stilo passim est $\delta\epsilon\iota\phi\omicron\tau\eta\varsigma$ est et ubi $\epsilon\iota\phi\omicron\varsigma$ se exerit, $\pi\pi\eta\omicron\upsilon\omicron\pi$ tamen et $\lambda\epsilon\upsilon\tau\iota\epsilon\upsilon\omicron\varsigma$ ubique puritas triumphat sermonis. Sic at lingua nostra habeat, cur se et puriorem et cultiorem et locupletiore a te factam gloriatur. Oblectant etiam non parum, quod satis sterile per se, et parum splendidiorem argumentum, utilibus suavisque, ex optimis Latinis Graecisque authoribus tum $\pi\pi\eta\omicron\upsilon\omicron\pi$ aq, tum $\alpha\sigma\pi\epsilon\omicron\chi\alpha\iota\varsigma$ ita exornaveris ut neque sordere illud, neque taedium obrepere lectori siveris. Ea autem agis ubique, quod magnopere laudo, humanitate et candore, ut si quis forte aliter de hoc argumento sentiat, non nisi benigne de te possit judicare. et si quid cupiat regerere, debeat modeste, ni $\epsilon\pi\iota\delta\iota\alpha\varsigma$ crimen incurrere amet, quod in neminem cadet qui didicerit sapientiam, quae $\delta\epsilon\upsilon\delta\epsilon\upsilon$ est, esse $\sigma\iota\gamma\eta\upsilon\iota\kappa\eta\upsilon$, $\epsilon\pi\iota\sigma\iota\kappa\eta\upsilon$, $\delta\omicron\upsilon\alpha\sigma\iota\delta\eta$ kai $\alpha\delta\iota\alpha\kappa\pi\iota\omicron\pi$. Gratias ago, vir maxime, quod rebus civilibus immersus, ecclesiae etiam cura te hangeris, et de ceremoniis nostris

B.P.L

885.

Statuis quod ex usu futurum censeo. Ha laudi tibi
est hic tuus labor, ut nos te hoc nomine amemus,
Neumque precamur ut te porro rebus p. civili et
literariae sospitem diu atque incolumem conservet.

Quod vovet

Amplis. tuae devotissimus

Lugd. Batav. 11 Martii

Lud. de Vieu.

1641.

Rescripsi m. Mart. 1900.